qđ autē ait inquo · significat meo qđ
p̄miserat · ut nos offerret dō · Quia & tunc
siq ad p̄dicationē eius · quā p uitā fidelium
p̄tendebat · credere uoluissent · & ipsos
offerre dō patri gaudebat · Siq autē de
trahebant de bonis tāquā de male fac
torib; hi ueniente diluuio c̄fundebant ·
Quidā codices habent inquo & his qui
incarcere erant sp̄u ueniens p̄dicauit · Qđ
adeandē prauorū atq; incredulorum inten
tionē respicit · Qui quō tenebris obscu
ratū habent sensū · merito & iā inhac

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 120 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/it/csg/0262/120)